



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Conciliorvm Omnivm Generalivm Et Provincialivm Collectio Regia

Ab anno MCXVIII. ad annum MCLXXIX.

Parisiis, 1644

V. Qui sufficientem habet in vicaria aliqua sustentationem, aliam petens
non exaudietur.

urn:nbn:de:hbz:466:1-15588

ALEXANDER LATERANENSE III. FRIDERICVS I. 683
P. III. IMP.

ANNO CHRISTI 1179. re conuicti fuerint, de cetero in eodem episcopatu ad officii sui executionem non admittantur.

C A P. V. *Idem Eliensi episcopo.*

* Hochs Veniens ad nos P. rector ecclesiae de * Gestunens sua Pars capituli Secundū, supra. Ne nobis insinuatione proposuit, quod ipse Ioanni de * Fes-
cam, qui multos habet ecclesiasticos reditus, & vicarias monachus.
in ecclesiis pluribus, vicariam de * Gestunens sub annua-
trium marcarum pensione concessit, cum reditus illius vi-
cariæ 4. marcas valeant annuatim. Licet autem in ipsius
vicariæ concessione quædam decima fuisset excepta, ni-
hilo minus tamen memoratus Ioannes præfatum P. con-
tra religionem fidei suæ, qua se contra concessionem i-
psam promiserat aliquando non venturum, super prædicta
decima coram venerabili fratre nostro Norvicensi epi-
scopo per literas nostras traxit in causam, & cum in præ-
dicta causa P. vincere non posset, ab alio iudice pro sua
voluntate fecit eum citari. Quoniam ergo sustinere nolu-
mus, nec debemus, ut idem P. inhibita vexatione graue-
tur, fraternitatì tuæ, &c. quatenus partibus conuocatis,
diligentius inquiras veritatem: & si tibi constiterit, quod
prædicta decima fuisset excepta, memoratum clericum
ab impetitione præfati Ioannis, contradictione & appelle-
tione cessante, auctoritate apostolica fretus absoluas. Si
vero quidquam in detrimentum iuris ipsius P. factum est,
postquam iter arripuit ad nostram præsentiam veniendi,
id contradictione & appellatione cessante, corrigas, & ad
statum illum reducas, quo in tempore aggressi itineris no-
scitur extitisse. Ceterum si memoratus clericus in aliis ec-
clesiis vicarias habeat vel ecclesiasticos reditus, de qui-
bus possit sustentari, a vicaria præscriptæ ecclesiae de * Ge-
stunens confirmationis nostræ literis non obstantibus, ap-
pellatione cessante, remoueas, & eamdem ecclesiam resti-
tuere eidem P. non postponas, dummodo velit & debeat
in presbyterum ordinari, & per se metipsum in eadem ec-
clesia Domino deseruire.

C A P. VI.

Prouideas autem attentius, ne in episcopatu tuo patia-
ris quemlibet plures vicarias habere. Quia cum vicarii te-

Concil. Tom. 27.

Rrrr ij